ferēs. ut in thesauro memorie repouant. a pup-
pi vero / idest a posteriori pte capitis / idest cere-
bri p medullam spine dorsi / que a phisicis nu-
cha dicitur penetrat ad nervos motuos. ut sic
motus voluntarius in omnibus partibus cor-
poris inferioris generetur. Unus igitur et idē
spiritus corporeus subtilis tamen et aercus p
pter diversa officia in diversis membris diver-
sis nominibus est vocatus. Nam spiritus na-
turals est in epate. spiritus vero vitalis in cor-
de. sed spiritus dicitur animalis p̄t in capite
operatur. Hunc quidem spiritum non debē-
mus credere humanam animam sive rationa-
lem animum / sed potius (ut dicit aug.). Eius
dem vehiculum et p̄prium instrumentum me-
diante enim tali spū anima corpori iungitur /
et sine talis spū ministerio nulla anime actio
perfecte in corpore exercetur. Unde istis spiriti-
bus lessis et in suis effectibus qualitercumq; i-
peditus / resoluta corporis et anime harmonia
rationalis spiritus in cunctis suis operationi-
bus in corpore impeditur. ut patet in mania-
cis et freneticis et in alijs in quibus usus ratio-
nis sepius nō habet locum. et hoc est quia p̄di-
corum spirituum humore vel vulnere leditur
instrumentum. Istis igitur spiritibus confor-
tatis / anima confortatur. et istis debilitatis vel
deficientibus / ipsa anima quo ad regimen cor-
poris deficit / vel in suis actibus minoratur. ut
plane ostendit constat. Et hec de istis spiriti-

bus sufficiat quantum ad p̄tēm p̄tinet tractatū
A Et pulsus spiritus vitalis sic effec-
tus / restat ut de pulsibus et eoz
proprietatibus aliqua dicamus.
Est itaq; pulsus sūm diastolem et sistolem idest
sūm dilatationem et cōstrictionem cordis et arte-
rianum motus. Cum igitur cor in continuo mo-
tu existens a centro p̄s q; ad circumferentiam ī san-
guinis a caloris motu ac in pulsū spūs vitalis
continue mouetur ex tali motu usq; ad sui extre-
mitates dilatatur. quādo vero eōverso ab ex-
tremitatibus ad centrum mouetur / constringi-
tur. Cordis igitur dilatatio ad frigidum aer
rem attrahendum et constrictio ad aerem fu-
mosum expellendum / sunt causa pulsus. Ad
hoc autem necessarius est pulsus ut dispositio
spūalis virtutis intelligatur / et eius operatio
cognoscatur. Dicitaq; pulsus a corde incipit /
et p arterias ad extremitates corporis se diffu-
dit / unde consistentiam cordis et eius actionē
ostendit. Solet autem a mediis non in oīb
partibus corporis / sed in brachialibus p arte-
rianis motus pulsus communiter inueniri qm
in quibusdam non posset bene discerni ppter
earum a centro cordis elongationem. In qui-
busdam autem propter cordis regemus occul-
tationem. In quibusdam autem propter ossi-
um constrictionem. et ideo antiqui sapientes ad
discendum pulsus arterias brachij elegen-
tunt. et hoc siquidem fuit facilis / utilius et ho-
nestius. facilis quia carnosae partes antennae
non occultant. utilius quia brachiales artene
cordi magis approximant. honestius / q; nec
egro / nec medico aliquam verecūdiam generat
seu ministrant. indecens enim esset et vere-
cundum occultia membra corporis denudare
Discidunt autem pulsus proprie per digi-
torum appositionem super locum pulsatilem.
Quod fieri consuevit cum mediocri pressione
aliter in forti / aliter in debili. quia in forti et car-
noso fortius / in debili et carnis dimidato re-
missius et leuiori pressione fieri consuevit. Ad hoc
scendum est ut dicit : constantius q; multe sunt
pulsuum diversitates / que tamē ad decem refe-
runtur vel reducuntur. Primus attendit se-
cundum dimensionis quantitatem. Et hic est
triplex. magnus / quando per latum / longum /
et profundum arterie se diffundit. Et prouenit
iste pulsus fortis et grossus ex fortitudine spiri-
tus quo dilatatur pulsus. et est pulsus ex nimio
calore qui indiget infrigidatione et ex mollicie
membrorum obedientis dilatationi. Dicitur et par-
vus / occultus / et strictus quādo ad centrum redit
et hoc fit ex defecau virtutis et prauitate caloris

Liber III.

Vicitur et mediocris / equalis / et tempatus quando nec centro nec extremitatibus est vicinus.
Hec mediocritas ex magno et parvo procedit. Item consideratur secundum tempus motuum. et sic dicitur velox / tardus / et medius. Velox dicitur quod temporis intervallo sepius mouetur. et secundum contingit ex forti calore et virtute. Tardus / quod magnus continet temporis intervallum vel spacium ad sui motus complementum. et hoc accidit ex defectu caloris et virtutis in moderatione. medius inter hos laudabilis est habendus. Tertio consideratur pulsus secundum tenorem virtutis. et secundum hoc est fortis / debilis / et medius. Fortis est quando quadam virtute a se videatur repellere digitum tangentes. et hoc accidit ex fortitudine virtutis et mollicie organi facilis ad remouendum. Debilis est quando debiliter digitum percuntur. et hoc est ex imbecillitate virtutis / et dulcedo organi inobedientis. Habetus ab utroque tempatur. Quarto attenditur secundum persistentiam organi. et tunc dicitur durus / mollis / et medius. Durus est quando cum quadam asperitate et duregia resistere videtur. et hoc puenit ex vasorum sanguinis siccitate. Mollis est quando digitus cum magna suavitate sentiunt ita videatur ab eis penetrari. et hoc puenit ex humiditate. Habetus inter hos duos est tempatus. Quinto iudicatur secundum plenum vacuum / et medium. Plenus est qui quadam humiditate redundare videtur et hoc puenit ex numia sanguinis et spissatione. Eiacius autem est quando appareat inflatus. sed cum tangitur / quasi vacuis digitis peroratur. Habetus ab his est temperatus. Sexto iudicatur pulsus secundum qualitatem arteriarum. et dividitur in calidum / frigidum / et medius. Calidus est cum digitorum extremitates sentiunt calidam arteriam substantiam. et hoc puenit ex materia intra habitata. scilicet ex spuma / et calore. id est calido sanguine. Frigidus econtra est intelligendus. Habetus vero ab his duobus tempatur. Septimo iudicatur ex opere quietis. et hec dividitur in spissum / rarum / et medium. Spissus est qui in sua dilatatione digitorum et tremitantes sepe patit et subito recedit. et hoc accidit ex fortitudine caloris et defectu virtutis. fortitudo enim caloris remedium querit refrigerationis. defectus vero virtutis cum non valeat semel bis vel ter in appetendo laborat. Rarus vero econtra et ex contra causa puenit. scilicet ex tarditate caloris / et ex fortitudine virtutis. Habetus inter hos erit temperatus. Di septem pulsus sensu sunt notabiles et ad discernendum certis facultates. Alio vero tres pulsus quorum primus dividitur in pondus laudabile / et non laudabile. Secundus qui dividitur

tur in secundum / et in non equalem. Et tertius quod per tractionem maiorem vel minorem dividitur in ordinatum / et non ordinatum tamquam valentia peritissimis medicis deprehendi. et ideo de eis ad presens supersedendum est. Si quis tamen eos scire voluerit. in. vii. li. pandeg. constant. c. iii. de quo hec extraximus inueniunt determinata sufficientissime oia et expressa ibi est pulsu caputante marcellino / tertio / venitioso formidante / estuante / et tremente diffusus dissipatur. de quibus nihil ad presens. tum propter difficultatem. tum etiam propter singularitatem pulsum in multiplicite. tum etiam quod presenti opusculo multum necessaria non videntur.

Aristatur autem pulsus propter multitudinam. Primo propter sexus distinctionem nam in masculis qui validioris sunt nature et fortiores / fortes est pulsus quod in feminis que sunt nature magis debilis. et hoc est quod natura sepe iterando inititur supplere in feminis quod per fortiorum pulsus semel in masculis operatur. Item variatur pulsus per completiorem quia si fuerit calida / facit pulsus fortiorum maiorem vel velociorum. si vero frigida / facit parvum debile atque tardum. si autem humida molle reddit et spissum si siccum / asperum atque durum. Item diversificatur propter variam corporis dispositionem. quod in macilentiis generaliter est pulsus fortior et vivacior quam in crassis. et hoc forte propter minorem arterie per molem carneam occultationem vel propter maiorem caloris naturalis qui abundat in macilentiis intensione qui quidem calores pulsus efficit fortiorum. Item propter etatis diversitatem. quia pueri habent velociorum pulsum ad innati caloris refrigerationem. quia in talibus plus abundant. Nam velocitatem facit magnitudo caloris. et debilitas virtutis que ad attrahendum frigidum aerem semel non sufficit ut supra dictum est. Juvenes vero propter abundantem in eis virtutem pulsus habent fortem et velocem. Senes vero econtra parvum et tardum debiles / rarum. et hoc quia eorum completio appropinquat frigiditatem. unde non est necesse multum attrahere aerem frigidum causa refrigerationis. Alio autem etatis his affines secundum eam cui magis approximat pulsus similiorem sunt habentes. et hec tam in masculis quam in feminis. Item propter temporis mutationem. nam ver propter temperantiam frigidam et calidam pulsus facit fortem. similiter et autumnum. Omne enim temperamenti virtuti naturali adhibetur instrumentum.

De anima

Estas vero qui calidissima est debilem pulsus reddit et parvum. propter nimiam pectoris vel pororum dilatationem. propter quam evanescit virtus et debilitatur. et ideo pulsus debilitati non sufficit ut magnus efficiatur. Hoc autem quia frigida est facit pulsum tardum. sed tamen multum fortis. tarditas autem hec puerit ex hoc quod non oportet multum refrigerari. fortis autem est quod calor naturalis ad interiora refugit corporis. unde virtute et pulsus confortat quando non excedit. calor vero estiualis virtus dissoluit. Item propter diversorum climatum et regionum inhabitacionem. quia in calida regione habitantes ut in ethiopiam pulsus habet velocem quasi estiuum. In habitates vero in frigida pulsus binis silez hiemali. In habitates vero sub linea equinoctiali pulsum habent mediocrem sicut in tempore vernali et autumnali. Similiter aer calidus frigidus et siccus sive temperatus pulsus variat et immutat. Item propter impinguationem. nam pregnantes in pulsu sunt mutabiles. quia a principio usque ad septimum mensum pulsus habent fortis spissum et velocem. quia calor fetus calorem augmentat naturalem. et vires mulieris usque ad hoc tempus sunt mediores et fetus adhuc parvus. unde parvus nutimenti abstrahit ab earum corporibus. et ideo est pulsus adhuc temperatus. In septimo vero mense fetus maioratur. et ideo maius nutrientum requiritur. unde et natura grauatur et per consequens pulsus debilitatur. Item propter somni et vigiliarum alterationem. quia tempore somni parvus esse solet et tardus sed post somnum fit fortis et magnus quia tunc calor naturalis confortatur. veruntamen si somnus nimis prolongetur. pulsus rarescit et debilitatur. Itē si quis a sono excitetur subito natura vel materia discutitur et pulsus velox spissus tremens et inordinatus subito inuenitur. sed cum quiescat iterum revertitur in pristinum statum. Item propter laborem et corporis exercitationem que si fuerit temperata pulsum facit magnum. fortis velocem et spissum quia calor naturalis post huiusmodi excitatur. Si vero exercitium exiuent temperamentum accedit econtra pulsus parvus/durus/tardus/et rarus. quia in siccis horribus virtus deficit et calor naturalis dissoluatur et pulsus per consequens minoratur. Item propter balneorum assuefactionem. nam in aqua calida balneantes tempeste pulsus habent fortis magnus et spissum. et hoc propter nature conformatio[n]em et propter superfluitatum humidum consumptio[n]em. sed in nimis moribus in aqua pulsus efficitur debilis/tempus

tamen sic ut prius velocitas et spissitudo. Si militer balneantes in aqua frigida tempeste pulsum habent fortis et velocem. et hoc contingit propter caloris naturalis coadunationem et confirmationem virtutis puerientis ex tempamento exterioris infrigidationis. sed nimis moribus in aqua pulsum debilitat et virtutem. et hoc contingit in macillentis plus quam in crassis propter frigiditatem ad interiora humis subito et quasi sine obstacle penetrantem et quasi sine precordia plus debito constringentem. Item propter cibi et potus variam sumptionem. abusus enim superflius et indigestus pulsum debilitat. modus ratus vero digestus ac per membra dispersus vel diffusus excitata virtute pulsus augmentat. Similiter et potus moderatus et digestus pulsum facit fortis/magnum et velocem. potum autem caldus pulsum facit velocem et spissum. frigiditas autem rarum et tardum. Item propter passionum anime variationem. nam ita facit pulsum et inducit velocem/forte spissum. letitia mediocrem. timor similiter pulsus efficit velocem et inordinatum et tremendum. similiter et dolor. et sic de alijs contingit. De autem dicta de anime et potentiarum eius proprietatis virtutibus et effectibus quantum spectat ad hoc opusculum. iam sufficient. Nunc autem de proprietatis humani corporis cuius anima actus est et perfectio adiuvante dei gratia aliqua sunt dicenda.

affinit Liber Tercius

De qualitatibus et humoribus humani corporis.

Liber quartus Incipit.

Humanus
itaque corporis et parti-
um eius proprietatibus
tractatur ab elemen-
tibus qualitatibus
et humoribus ex quibus
constat corpus est
primus inchoandum.

Quatror sunt itaque elementa et elem-
tares qualitates ex quib[us] constuantur
omne corpus animalium materialiter/
principue corpus humanum. quod inter omnia elemen-
ta est nobilissimum / et nobilissime inter omnia co-
posita elementa ordinatum. utputa propriam ani-
merionalis organorum ipsius operationibus tam
naturalibus quam voluntariis deputatum. Est
itaque corpus hominis compositione ex quatror
elementis. scilicet terra/aqua/aere/tigne. quorum
quodlibet habet proprias qualitates. Sunt autem
quatror prime et principales. scilicet caliditas et fri-
giditas. siccitas et humiditas/ que dicuntur pri-
me quia primo labuntur ab elementis in elementis
et. Dicuntur etiam principales. quia ab eis omnia
secundarij effectus oriuntur. Harum qualitatuum
duae sunt active. scilicet caliditas et frigiditas. Alio ve-
ro due. scilicet siccitas et humiditas sunt passive. yn-
de ab istarum qualitatibus praelatio et dico dicimus
tum elementa activa vel passiva. Dicitur autem
prime duae principaliter active/non quia illae tan-
tum agant. quia passiva similiter agunt. nulla. non
qualitas est ociosa in corpore. sed ideo dicitur be-
activa. quia per actiones earum alie habent induci-
vel et seruari. Nam caliditas quantum humiditate
quando siccitatē inducit et custodit. ut potest visi-
deri in carne salsa. calor enim solis terrestris per
tes dissoluit et aquosas et aeras. et sic relaxan-
do/molliendo / a calore inducit humiditas.
Siccitatē autem inducit/ quia calor agens in hu-
miditatē primo eam dissoluit et dissolutas ponit.
et siccitas que est lima calorū inducit et eni-
am perseruaf. Caliditas igit[ur] est elementaris qua-
litatis summe activa. quod patet per eius effectum. dum
enim agit in rebus aliquā primo eius res dissol-
vit. quibus dissolutis res debilior efficit/ que per
partium coherentiam fortior fuerat. et ideo actio
rei agentis nimis resistit. Item caliditas est oī
um generabilium artifex et causa generationis

tonius principaliter effectiva. Est autem duplex
caliditas. scilicet solaris sive celestis. scilicet generans. et
h[ab]et salvativa et generativa. unde quandoque ge-
nerant frane ex celesti calore in aere. Alia est ele-
mentaris et generativa. et hec est corruptiva et co-
sumptiva. sicut quando fit coadunatio fractorum
radiorum in puncto aliquius corporis propinquum. si
autem si fit coadunatio radiorum in speculo/po-
test incendi stupra et reflectione radiorum et com-
bun. Item inferiorum est ad superiora reduc-
tua. faciendo enim motu a centro ad circumferen-
tiā dissolui terrestria in aquosa. et aquosa in
aerea / et illa in ignea. et sic inferiora et media re-
ducit in sua superiora. Item eorum que dure
sunt compactionis / et remollitiva. Agendo enim
in grossam substantiam eam dissoluendo mol-
lificat. ut patet in metallis caloris liquefactis.
soluendo enim terrestria in aquosa remollit.
Item mollium et liquidorum induratua. ut pa-
tet in ouo igni apposito. quod liquidioribus et sub-
tilioribus partibus resolutis terestribus parti-
bus remanentibus indurescat. Item densiorum
est subtilitativa. dum enim motum a centro ad
circumferentiam habeat. vi sua rem in quam ag-
it/dissoluit / et sue actioni idoneam reddit. unde
cum rem ad simplicitatem reducere laborat
per consequens subtiliat. Nam subtilitas grossa
rei subtilitas est que in nascitur per minorem
partium compactionem. ut patet in glacie que
calore soluta subtiliatur. Item virtute sua est
depurativa metalorum et rubiginis ipsorum
consumptiva. Nam agendo in substantiaz ipsius
metalli ipsaz dissoluit et si quid inuenit fe-
calentie et rubiginis separat et consumit. Si au-
tem fuerit aurum omnino purum / violentia
quidem calorū dissoluitur/ sed non consumi-
tur. unde aurum perfecte depuratum / quāvis
per calorem dissoluatur/ nou tamen in suo po-
dere minoratur. Item caliditas est acciden-
taliter corruptiva. ut est; videre quando calor
plus dissoluit quam consumat/ ipsi humores
putreficiunt et corruptiuntur. ut patet in cumulo
frumenti aqua asperso ubi calor inclusus a
quam resolute in fumositatez que industa et re-
tentia grana remollit / et putrefacit / et corruptit
Item naturaliter est grauium alleviativa. dum
enim humiditas per calorē resoluta consumitur pon-
dus minoratur / et sic substantia rei levatur.
Præterea calore agente in humiditatē fumus
generatur/ qui fumus alleviatur / et depuratur
et in spiritum scilicet substantiam leue et aceram
mutatur. et rem in qua continet/ reddit leviorē
Hinc est quod corpora animalium viventium in-
comparabiliter sunt leuiora quam corpora mortu-

De qualitatibus et hūo.

orum ppter calorem & spiritum contentum in arterijs & in venis. Sic enim corpora animalia sunt leuiora post prandium q̄ ante propter caloris conformatiōem / tamen accidenta liter est caliditas aggrauatiua agendo enim i substantiaz rei subtiliores & leuiores partes cōsumit / & remanentibus partibus grossioribus fit compactio & pconsequens aggrauatio. per pororum etiam apertioez ex vi caloris fit spirituum evaporatio. ex quorum presentia corp⁹ leuiatur / quibus evaporatis / per ipsum ab sentiam aggrauatur. Itēz caliditas est coloris rubri generatiua. agens enim in materiaz partes terrestres resolvit in aquosas / & illas in aereas & igneas. vnde ex circūfusione ignearuz partium immutantiū rei superfiae color igneus / s. rubeus generatur. sicut est videre in rosis. Preterea dum p calorez calidi humores i corpore generantur ex eorum diffusione p corporis superficiem color rubeus generatur. Item accidentaliter est discoloratiua. quia p caliditatē poros aperientem exalant humores / & spiritus evanescent ex quorum presentia siebat coloratio eorum absentia color / discolor generatur. sicut est videre de rosa rubea q̄ ex fumo sulphuris albescat. Item nimis intensa naturaliter ē mortificatiua eo q̄dum ultimus motus calor⁹ agit in substantiam eam ad ultimum resolutum / & rosolendo in fine destruit & consumit. Item accidentaliter est viuificatiua. quia p caliditatem prestantem motum cordi & spiritib⁹ fit spirituum in corpore restauratio & nutrimenti membrorum fit competens administratio. & sic p consequens corpus regitur & viuiscatur.

Recollige itaq̄ exp̄dictis q̄ caliditas est elementaris proprietas summe actua penetrativa. samme mobilis & motiva. generata ex motu radiorum suisipius multiplicatiua. sui communicatiua. illorum in quorum substantiam agit / in suam speciem transformatiua. illarum que frigiditate mortua sunt & destruta viuiscatiua & renouatiua (vt patet in radicibus & in plātis que byemali frigore mortificate vena li calore reuiuiscunt). Inferiorum ad superiora deductiua / attractiua / superfluorum consumptiua / & solidum purgatiua. in materiali diversis diuersorum immo oppositorum est effectuum productiua. & ideo nunc inuenitur rarefactiua & remollificatiua / liquefactiua / & apertitua & econuerso. nunc condensatiua & induratiua / constructiua & opiliatiua. nūc etiam saluatiua / nūc corruptiua & opiliatiua. Est etiā virtute p̄pria soporificatiua. nam acetosa & astringens cōvertit in dulcia (vt est vide. e in fructi-

bus & in vuis) Pernīsam autē intentionē et excessum dulda querit in amara & in salsa. nūc ex calore intēso exirentē sanguinē / sanguis in coleram querit / & eundem aqua p forte ebullitionem subtiliores ptes aereas cōsumente ter restibus manentib⁹ in salis substantiam trās mutatur. Est etiam caliditas crudorum & in digestorum maturatiua / & maturitatis in fructibus celerius pfectua. vnde in regionsbus calidis fructus citius maturescant q̄ in frigidis & plus dulcescunt. Est etiam forma & specierum potentia in materia latēter existentium ad actu eductiua (vt patet in mineralibus) nam per caloris actionem aurū / es / argentuz / & cetera metallica species de lapidibus educuntur / & forma nobilioe rvestiuntur. Per calorē etiā dissoluē tem substantiā cineruz & depurantē cineres in vitium querunt. vnde pat̄ q̄ calor aens & natura est ministr. t. qr mediāte calore nobilissime spēs & formetā naturales q̄ artificiales de potentia ad actu educunt. Est insuper caliditas imp̄sa in aere plurimariū passionū (vputa nūbium / coruscationū / fulgurum / imbriz / & huiusmodi) generatiua. nam vi sua actua attractiua vapores varios / siccos & humidos ad diversa aeris int̄stria eleuat. quibus aggregatib⁹ & condensatis in nubes calor inclusus eas alterat in varias species & transmutat / q̄ diuersimode tandem dissoluit / & dissolutas nūc in speciem nūris seu grandinis / nūc in specie pluvie seu imbris ad terras vndiq̄ circumspexit. Est preter hec caliditas suorum subiectorum a centro ad circūferentiā eleuatua. vt patet i elementis in quibus dominatur. s. in aere & in igne qui summa distantia a centro tenetur elongatur. hoc etiam patet in oleo quod semper supenat. & in alijs omnibus in quibus naturaliter calor vincit. Est insuper dispositionuz siue qualitatū sui subiecti ostensiua. vt pat̄ i corpore ubi dominat calor. Nam ut dicit cōstan. lib. i. c. xi. corpus si fuerit calidum / erit ex eo nūcta / pinguedo pauca / color rubeus / pili multi nigri vel rubei / tactus calidus / intellectus bonus / homo multum facundus multum mobilis / audax / iracundus / amans & libidinosus / & multum appetens / & cito digerens / aspero voce / verecundus / fortis / velocis pulsus. Hec & multa alia ponit cōstan. signa que calidi corporis sunt indicia. Et hec de calore dicta sufficiant.

Frigiditas est elementaris qualitatis quedam actua. p̄prietas debilior in actiōe q̄ caliditas. Ipsi⁹ enim est mouere circumferentiā ad centrum. et iō p̄p̄s subiecti i q̄d agit factib⁹ iūcū adhucere

erideo tardius et difficilis perficit in ipso esse
ctum suum, quanvis etiam naturaliter habeat
infrigidare, tamen accidentaliter calefacit. vide
mus enim in hyeme quod ex frigiditate costringente
poros corporis calide fumositates interiora pe-
tunt, et non habentes liberum extum (quod intus
sunt retente) se occultant et calefaciunt. unde ex-
terior frigiditas intus accidentaliter calefacit.
Item frigiditas est condensativa, quod frigidita-
te motum faciente ad centrum pars parti vici-
nius coheret. partes enim prius erant per interpo-
sitionem humiditatis separate a centro se iun-
cte, sed condensata humiditate ad centrum con-
stringuntur. Item quamvis reducendo partes
ad centrum sit naturaliter coiunctiva, tamen ac-
cidentaliter dissolutiva et partium disiunctiva
sicut patet in cerebro frigiditate aliqua compres-
sio vi compressionis humiditas in eo conten-
ta exprimitur/dilabitur, et per diversa cerebri emi-
ctoria dispartitur. ut patet in patientibus cata-
rum ex causa frigida. Item naturaliter ingros-
sativa, quod dum per actionem frigiditatis partes
partibus vicinius coadherent, totum grossius
efficitur. Preterea partes igne per frigiditatē
comprimentem condensant in aeras/aere in
aqueas, et aquae in terrestres, et sic tota grossior
efficitur. Est autem frigiditas accidentaliter sub-
tilitativa, quod quandoque per frigiditatem costringen-
tem multa sit humiditatis oppresse eductio,
que humiditas contenta in poris substantiam in
grossabat, ex hoc quod illius humiditatis sit eductio/
cosequitur accidentaliter substantie subtili-
tatio. sicut patet in pelle lota et expressa. Item
quamvis ex constrictione partium et ex virtute co-
primente facta euacuatione spirituum sit frigi-
ditas naturaliter grauativa, accidentaliter ta-
men levigat, quod facta eductione humiditatis quod
aggravabat, totius substantie fit alleuiatio.
Item frigiditas tempora est vite et rei co-sen-
tia, quod dum per frigiditatem humiditas co-
densatur, caliditatis intensio retardat. unde sicut
paulatim humiditas per poros resoluitur, ita
resoluta paulatim consumitur, et sicne calor dis-
soluat substantiam rei impeditur, et res ne feteat
frigiditatis beneficio custoditur. unde in locis
frigidis et antrosis cadauera paulatim sine fe-
to, et frigiditate resistente consumuntur, daudunt
etiam pori frigiditate costringente. unde va-
pores putridi ne eralent extenuis, ad interiora
reprimuntur. Frigiditas tamen accidentaliter cor-
ruptiva est et destructiva, nam dum digestio ex
frigiditate in subiecto impeditur, tunc impedi-
ta caloris naturalis actione debita, corrupti hu-
mores generantur, ex quibus sequitur corporis

corruptio, dum corrupti humores corporis in
corporantur, et hoc est videtur in vulneribus qui
bus frigida nimis apposita poros restinguunt.
vii recentes fumositates interius carnem remol-
liunt, et eam corrodentes vel corruptentes pu-
trefacunt. Item naturaliter est discolorativa,
sicut videtur quod in hyeme calor corporis vel cor-
dis fugiens suum contrarium humorum et spiritu-
um ad interiora secum redit, et sic exteriorum
artis superficiem calore depauperatam disco-
loratam facit. ut patet in labiis et in genis. ve-
ritatem accidentialiter est colorativa, quod per frigi-
ditatem fit pororum constrictio et spirituum ac hu-
morum retentio, quorum presentia fit superficiali-
ter cutis coloratio. Item frigiditas nimis inten-
sa est naturaliter mortificativa, quod dum per eas
nimia fit constictio in corde, spiritus deficiunt om-
nino, et sic corde mortificatio (a quo procedit ali-
orū vivificatio) sequitur et illorū necessaria mor-
tificatio, quod ex frigiditate nimis dominante calor
debilis extinguitur, et sic vitalis spiritus non ha-
bens fomentum suffocatur. Accidentaliter tamē
est frigiditas vivificativa, sicut est videtur in
ambus quibusdam que ex arboribus procreantur
que vice fructuum tanquam quedam tubero-
sitates ex arbore nascentur, sed quod sunt in ar-
bore nullatenus vivificantur, et hoc contingit
vel accedit (sic dicit comenius, super librum ve-
getabilium) per porositatem ligni et fumositatem et
cortice exalantem, sed quoniam ille tuberositates ruptis
cenaculis in aquam cadunt, frigiditate poros
interius costringente fumositates interius re-
tinentur que conciliate ad iniucem depurantur
ac subtiliantur, et dum interior detinentur
in spiritum conuertuntur, ex cuius multiplicati-
one et diffusione per singulas partes ille tube-
rositates vivificantur et postea in quandam au-
um speciem transformati, que quidem ab alijs
auibus in natura et complexione multum sunt
diverse, parum enim bebent de carne et min-
de sanguine, et ideo ad esum non sunt apte, ut
dicit idem commentator, materiam tamen diuine
laudis considerantibus administrant. Illos
enim spiritualiter representant, quos per lignum
crucis diuinus spiritus in aqua baptismatus
generat, in quibus camis et sanguis desideria
non abundant, qui vivificant spiritu volare
celestia rotis viribus desiderant et aspirant.
de hoc alias. Item frigiditas mater est al-
bedinis et palloris, sicut caliditas mater est ni-
gredinis et ruboris, vnde in calidis regionibus na-
scuntur nigri homines et fuscii sicut apud mauros in fri-
gidis vero nascuntur albi, sicut apud scythos, ut di-
ari, in li, de celo et mundo, et assignat rationem, quod eg-

De qualitatibus et hunc.

dñs frigiditas in frigidis regionibus manet mulierum ad talem fetum disponitur. vñ de pcreant albos filios sive cutes et longos et molles ac flauos et laxos crines habentes.

Econtrario autem est in calidis regionibus vbi parvunt filios / nigras / crispas / et paucos habentes crines. ut patet in ethiopibus. Est igitur frigiditas in sui dominio in subiecto suo manifestativa. Nam in illis corporibus vbi dominatur est color alb / capillus mollis / et latus intellectus dur / et obliuiosus / appetitus parvus / et somnus multis / incessus granis et tardus (ut dicit Eostan. li. i. c. xvij.) Hec autem non simpliciter sunt intelligenda semper in omni frigido inesse necessario / sed in comparatione ad caliditatis dominantis complexionem / et in proportione regionis calide ad frigidam regionem. talia auctores retulerunt / et in suis scriptis posteris reliquerunt. Hec autem de proprietatibus frigiditatis dicta sufficiat ad presentem / quia alie patent per oppositum eorum que dicata sunt superius de calore.


Siccitas est quedam elementaris proprietas passiva qualitas non caliditas non frigiditas introducit. plu- ramen se habet ad calorem quod frigiditatem / cum siccitas sit lima caloris. Dicitur autem siccitas quasi sine succo id est humor. quia humor et siccitas opponuntur cuius effectus principalis est desiccare sicut humiditatis est humectare. Secundarios autem effectus habet multos sicut est inspissare / exasperare / motum retardare / consumere / destruere / mortificare. proprietas itaque illa que habet desiccare principaliter partes humidas a circuferentia ad centrum retribuit / et ne intemperabiliter fluxibilitate substantie sue res humida se diffundat quasi obicem se opponit. hinc videmus quod in littoribus manus barene siccitas terminum ponit mani. et vbi dominatur terre naturalis siccitas fluviales manus impetus ultra procedere non permittit. sicut expresse dicit gregorius super Job. xxxvij. Quis posuit mari terminum tecum. dicit hieronimus. idem ibi posuit barenam terminum manus tecum. Idem enim expressius ponit philosophus. Siccitas igitur que non perfecte terminatur in proprio centro est qualitatis humorose in se male terminabilis / terminativa et sue intemperabilitatis finis immobilis. prout patet ad sensum et sue fluxibilitatis repercussiva est in parte. ultra totaliter in extremitatibus consumptiva. Est itaque siccitas humiditati contraria tam in effectu / quod in natura. Accidentaliter tamem potest esse aliquando humectacionis induciva. nam

cum sit lima caloris / excitat et intendit caloris motum sive actum que excitatus dissolvit actualem vel potentiam quod inuenit humiditatem que quidem dissoluta et diffusa per membrana humiditatem elicit seu humorem. Siccitas etiam quando dominatur habet motum ad centrum membra coartat et pressat. et sic per strictiones educit humiditas quod prius fuit per compunctionem diffusa vnde corporis humectari quod prius siccum fuit. Sic etiam videamus in montibus siccis herbas specialiter humidas. pcreari sicut est herba que dicitur crassula / cinibalania / vermicularia / etc. Nec hoc est mirum. nam siccitas que naturaliter intendit conservare montem in sua siccitate / et hoc per suum simile (scilicet per siccum) vi actua ad suum nutrimentum attrahit siccum. humidum vero abborrens et fugiens tanquam suum contrarium de se repellit usque ad radices berbarum / que in superficie montis tanquam supflue ab interiori montis substantia sunt recte. vnde humor est sic rejectus radices attrahunt et inde nutritur herbe et humide et crasse sunt. Eadem videtur esse ratio comitem. super lib. methe. vbi dicit quod fontes et flumina nascuntur de montibus. quod cum sint montes cauemosi et spongiosi et plurimum etiam continenter calidi / fit a montibus magna attractio et rone vacui et etiam rone calidi aeris interclusi. quod igitur attrahitur simile monti in siccitate sibi incorporatur. quod vero dissimile est (ut potest in humiditate) repellitur et aggregatur in una locis. quod tandem expellitur et foras per capita fontium ad flumina proficienda continue deriuatur. Siccitas igitur est attractiva sibi necessariorum et sibi quidem similem est incorporativa superfluum vero aut sibi dissimilem expulsiva. Item siccitas est naturaliter attenuata. quod siccitas consumit humiditatem quam inuenit in subiecto qua presumpta / sequitur extensio. Item siccitas est substantiae induratrix. quod humiditas humiditatem in materia efficit ipsam duram sicut in luto est videre / quod siccatum dum efficit. Item siccitate agente in resubtilem / ut aeram substantiam sive aquam subtilior efficit et rarer. sicut videmus quod flate borea aer desiccat et rarescit et subtiliat. Item accidentaliter potest esse remollitiva. quoniam enim siccitas consumit humiditatem que partem est coagulationis / sequitur per consequentem partium separatio et mollificatio sicut est videre in ligno vetustissimo / annis humiditate per siccitatem consumpta / sic molle redditur / et in puluerem mollem tactui cedente redigitur. Item naturaliter est asperatrix. nam agens in subiecta in humiditate quam inuenit presumit in superficie. et quam non potest consumere

induratur ita inducitur quaedam in superficie
inequalitas ex vacuitate depressa et duritate ele-
uata ex qua fit aperitio que uib[il] alind est q[uod]
inequalitas secundum durum corpus. accide-
taliter tamen quandoq[ue] lenificat sicut quādo
ex siccitate acutus calor qui suo accidente dissol-
vit humores. qui dissoluti et per aliam arteria
distillantes eam leniunt et humectant. Item
siccitas est motus tardiuus. nā p[er] dominū
siccitatis nimis partes aere et aquose in ter-
restres inspissantur. et sic substantia grossior esse
cta et grauior tardior est ad motum. per numerā
enim siccitatem spiritus erinariuntur. quorū
multitudine corpus mouebatur velocius. vnde
de eorum facta diminutione per siccitatem mo-
uetur difficultius. Tamen est siccitas aliquan-
do accidentaliter motus adiuuatiua. quia siccita-
tas faciens motum ad centrum equaliter duat
circumferentie partes ad medium et sit partiū
circumflexio equaliter et rotundatio. vnde q[uod]
rotundum non habet angulos in quibus pos-
sit impediti volubilitate sua mobilis reddit.
Præterea siccitas consumendo humiditas sup-
fluitates spiritus subtiliat et depurat et veloci-
ores reddit eos. nam si a superfluitate debet
depurari quibus corpus grauabatur ad motum
habilitat corpus ipsum. Item naturaliter est
consumptua. quia per hoc q[uod] cōsumit humo-
res corpus euacuat et a suo nutrimento de-
pauperat et necessario inanimatur. Item natura-
liter est destructiva. q[uod] dum humiditatem sub-
stantiamque materialiter subiectum nutrit et
partes rei copulari paniter destruit et consumit.
causa est q[uod] res animata vel inanimata destruitur
et dissoluntur. Item animata corpora spiritua-
liter destruit. quia spiritus naturales qui con-
stant ex fumo humido dissoluit quando illam
humiditatem consumit. vnde desiciente mate-
ria et spiritu. corpus necessario mortificatur
vnde pessima est qualitas et mortificativa dū
excedit. Lenificat tamen accidentia h[oc]. nam
humores quandoq[ue] reuansentes ad spiritu
alia et meatus spiritus opilantes qui parati-
sunt superinducere suffocationem. siccitas su-
perueniens vel medicina secca agens in illos
humores consumit eos et spirituū vias ape-
nit. vnde rei quasi prius mortuus sequitur viu-
ficio. Quāuis igitur siccitas sit necessaria in
omni corpore elementato ad superfluitatis hu-
mide cōsumptionē et ipsius humiditatis coar-
tationem. insuper ad ipsius caloris remissi et
erivationem. mortifera tamen est qualitas et
pessima quando debitam excedit in corporib[us]
proportionem. Nam pessimas infinitates so-

let in corporibus iduare aenocivas ut prissim
et ethicam et huiusmodi quibus vir p[er] medi-
ane beneficio subueniri. Insuper per nutriti-
talis humoris consumptionē corpus exccat
et exsiccat artis superficies contrahit et cornigat
senium accelerat. corpus superficialiter discole-
rat et deformat. sitim immoderatam provocat
arterias exasperat et vocem impedit et rarefacit
caput a capillis spoliat et decaluat articulos
manuum et pedum contrahit et iucinat. vt ē
videre in leprosis. Sed hec dicta de siccitatis
effectibus nunc sufficiant.

Humiditas est elemētaris passiva
qualitas actiū qualitatum im-
pressionibus obediens et subdita
actionū caliditatis et frigiditatis susceptiva.
Est autem humiditas omnium corporum et
precipue animatorū nutritiva augmentativa
potentiā de preditorum in corpe restaurati-
ua. Nam humore et calore omnia generant. vt
dicit philosophus. et generata nutritunt. vt est
videre in radicib[us] et seminib[us]. Nam granū ter-
remissum primo oportet profundī humiditate
aquea et aerea et per inclusum calorem natura-
lem rancisci et dilatari et tandem actione cas-
loris humiditas resoluta grossiore sui p[ro]tem
et terrestrem terre inferius transmitit. quam
quidem terra in suis recipit visceribus et calore
induso coagulat et in radicis substanciali p[er] co-
missionem humili et siccō cōuerit. humiditas
autem illa radicalis derelicta et in radice sic p[ro]-
creata. humorem quem inuenit in terra sibi sis-
tibilem rōne similitudinis et in via attractua
redusi calor sibi attrahit et attractum quan-
tum (sibi sufficit) in sui nutritiū conviertit.
quod aut sibi nō est necessarium p[er] calorem il-
lam humiditatem dissoluētem et subtilitatem
ipsam superius trāmittit. et primo in substan-
tiā germinis. deinde in substātiā stipitis
ultimo in substātiā floris fructus et frondis
sic trāmissam coagulat et cōuerit. Quia igi-
tur humiditas omnium illorum que vegetan-
tur nutritiū est et materia manifestum est
q[uod] omnī vegetabilium est nutritiva et per sui
diffusionem et incorporationem in latū et in lon-
gum et in altū et in spissum augmentativa.
Item humiditas depitorū in corporibus vege-
tabilibus et aiatis est restaurativa. nam per ca-
lorem agentem cōtinue intrinsecus et extrinsecus
corpa cōsumunt et cito perirent nisi p[er] restaura-
tionem humili reparetur. tides necessaria fu-
te continua humiditatis attractio. vt continua
ficeret deperditū regatio et p[er] consequens subie-
cti restauratio vel consueta. **H**ec p[er]terea



De qualis et humo.

humiditas infernotum conservativa. nam ex aggregatione radiorum continua in aere et in terra tanta fieret caloris generatio / et siccitatis ductio quod aer inflamaretur / et terre superficies conbureret nisi virtus caloris activa per aens et que humiditatem actioni eius resistentem, per portione debita ad temperie reduceretur. et iō ut dicit macro.) Opposuit deus fonti caloris fontem totius humiditatis ut per humoris sentiam colori oppositam eius violenta reprimeretur / et sic mundi machina in esse debito conservaretur / alioquin a calore nimio subito solueretur. Item humiditas partium terre coiuncta tante enim siccitatis est terra quod nisi humiditate aque humectaretur / quilibet particula ab alia dissolueretur. et iō fecit natura spongiosas montes et terram cauemosam in multis locis et porosam. ut sic fieret ratione vacui aeris et aque foras attractio ad adiuuandam siccitatim mitigatorem / partium terre separabilem unionem. Unde quod facit sanguis currans per venas in corpore / idem facit humiditas in venis terre. rigat enim terre siccitatem et eam disponit et habilitat ad fecunditatem. Dabit autem humiditas quasdam proprietates et effectus primas et naturales. quasdam vero secundarias et quodammodo casuales. sicut et aliae qualitates. Estenim humiditas naturaliter labilis et fluxibilis male si se terminabilis. sed tamen sistit tenaciam alieno ut dicit phus.) A centro enim ad circumferentiam est motua. unde et se diffundendo subiectum suum totaliter defluendo dissolueret / si ei aliquid non obssisteret quod eius fluxibilitatem per reductionem prius ad centrum terminaret. Unde videmus fluxus manus per barene siccitatem in manis liuoribus a suo conflitu compesci et in se quodammodo reuocari. Item naturaliter molliuia est. partes enim materie duras et opacas per sui subtractionem et diffusionem relaxant et ratificant et remollit. Est tamen indurativa accidentaliter. sicut videmus in gibbis et etiam in apofistematibus quibusdam in quibus perfluunt humoris frigidi / et ex frigiditate peres humoris humiditas ad certum repercutiente et perdensante indurantur / et insidiosum. i. duriciam sepius permutatur. Item etiam contingit ex nimio calore peres liquidiores consumente quibus consumptis peres grossiores perunguntur piter et indurantur. Itē naturaliter est mūdificativa. nam sua remollitione et prius per quas diffunditur ab invicem laxatione partes folidas dividit et divisas lubrificando removet et abstengit. ut patet matime in ipsa aqua que substantialiter humectat et matime est solidum purgativa. et hoc maxime si substantialiter

humiditati caliditas cooperetur. ut patet in tunc et furfure in radice blomie et etiam in sapore et in medulla fabe et incoſimilibus que omnia fordes faciei et totius corporis mundificant et depurant. Item quia de se motus habet a centro sive medio ad extrema / cum ille motus ex se non sit fortis multus / sed respectu caloris sit obtusus. Est siquidem sui in latum principaliter diffusiwa. in altum vero sine calore non est multum quantum est de se extensua. sed quandoque calor in ipsa dominatur / et in ipsam obedientem materia humida operatur. tunc in omnem partem sed matime in altum et longum vi caloris sursum eleuante et usque ad extremitates diffundente regitur et prelat. Corpora vero in quibus predominat calor et humor temperatus naturaliter et generaliter sunt aliora a longiora et etiam graciliora quod illa in quibus existente humiditate multa et dominante calore puo et remissus opante causa contraria inuenit. et ideo homines calidi ut coleric obedienti humor substantiali caloris actioni sunt alii. s. flegmaticis longiores et in omnibus extremitatibus corporis (alijs panibus et circumstantijs cocurrentibus hincide equaliter in gracilitate et longitudine aptiores. ubi autem est calor multis et humor multis non tamen actioni ignee virtutis superflue aut diminutus / sed congruus et mensuratus / corpora in omni dimensione fiunt magna / longa. Alta enim sunt propter calorē subtiliores peres humiditatis ad sumitatem deferentes. Lata autem fiunt et spissa propter virtutem caloris peres grossioris humiditatis ad singulas partes inferiores secundum sui exigentias vnde diffundentem / et partem parti fini congruentiam nature adunat. Itē humiditas est naturaliter lenificativa. nam sui circūfusio ne per extrema rei omnes partes vacas replenda ad equalitatem perducit / et sic rei superficiem complanando et adequando eam leuem facit. Accidentaliter tamen quandoque exasperat. sicut quando aliquo casu simul calidi et frigidi humoris ad aliquem locum confluit et concurent. calidi quidem in propria superficie rei eleuant / frigidi quoque deprimitur. et sic ex contrariis humoribus contrarietas et inegalitas asperitate quadam corporis in superficie generatur. Itē humiditas si fuerit fini nature exigentia in corpore commensurata / omnium actionum anima et corporis est adiuuativa. Nam ex humoribz spirituum quoque virtutes suos effectus in singularis organis corporis sensitivis et motuis per humorum ministerium operantur. ut patet in

virtute vissua / que mediante humore crystallino visum in oculo operatur. similiter virtus gemitua nunquam sine humore salivali inter sapores discernere arbitratur. et sic de alijs. Nam humiditate substantiali destructa in corpe vel corpore prae/tota anima actione piter erit impedita. Si non fuerit in toto corpore vel in aliqua parte corporis superfluitas humida sic abundans quod non possit regi a natura / principius est et materia putrefactionis / et generat in corpore grauissimas passiones. ut patet in apoplexia in qua superflua humiditas sic occupat omnes ventriculos cerebri quod non permittit per nervos sensibiles spiritum animalem ad sensificandum corpus et moventium deferentes animam in corpore suas per agere actiones immo auferit corpori subito sensus atque motum et tandem inducit suffocationem atque mortem. sicut dicit galie. in comen. super amplioris. expones illud verbum hypocritas. Solvere apoplexiam forte impossibile est. debilez vero non facile et flegmatica enim humiditas occupans totam cerebri regionem opilit meat neronum unde non potest deferi spiritus animalis ad inferorum immo intercludit anhelitus et vita finitur. Hec autem humiditas peccat quandoque in quantitate. et hec aliquando a causa intrinseca aliquando ab extrinseca sicut a mala complectione quod nociva humiditas radicatur in membris et non potest a calore naturali dissolui et sumi nec a sua malitia immutari. Talis itaque humiditas in diversis locis corporis diversas inducit infirmitates. Ut patet in epilepsia quandoque procedit ex virtute capitis. et in hydrocephali quandoque ex mala complexione generali epatis. Item a causa extrinseca sicut a rebus que a iob. et galie. vocantur res non naturales quod sunt aer / abus / et potus. somnus et vigilia. inanitio / et repletio. exercitium atque quies. Nec enim omnia si fuerint assumpta secundum exigentiam nature humiditatem substantiali gererant ac conseruant et perditam reparant et restabant. Si vero contrario modo sumpta fuerint contrarium effectum habent. nam humiditatem in naturale generant et augmentant et naturalem corruptunt / alterant / et immutant. ut patet. Nam ut dicit galie. in amphoris. hypocritas pertinet. sup locum illius. Immutationes temporum maxime generant morbos et. Tempora (inquit) anni non sunt causa morbi / sed mutationes complexioris ipsius temporis quandoque s. complectio aeris que deberet congruere tempori in oppositam commutatur sicut quando complexio veris debet esse calida et humida efficiatur sicut in autuno frigida atque secca et econverso. et sic de alijs

Nam si fuerit venialis generaliter frigidus et sic eus. et processent aer in hyemicus quasi venialis s. calidus et humidus / necessaria est multos in vere egrotare / et etiam mulieres pituras occasione facili abortire. et hec est ratio galie. quam assignat quod ex humiditate et caliditate hemicus precedenter multa fiebat humiditatis in corporibus generatione et flegmatis coadunatio. Aer vero in inicio venis si fuerit frigidus et sic / claudit portos et non sunt fumos exhalare. unde retento calore / dissolvit humiditatem illam superfluam in hemicus generata. et cum calor sit debilis et non possit eam perfecte digerere nec ex toto consumere transmittit eam sic indigestam nunc ad superiora membra / et nunc ad inferiora ubi coadunata sic causa est diversarum passionum. ut si ascendat ad caput / pot est causa reumatis et catani. si vero ad intestina / et fuerit flegma salutem mortificando in testina / inducit differentiam et sic de alijs. Illa eadem ratio potest esse aborsus in mulieribus. quis humiditas illa defluens ad matrem aggrauat illam et remolliendo retinacula fetus ac relaxando est causa abortiendi. Alias autem causam ibi assignat auicen. Et sic de alijs passionibus aens et temporis intelligendum est quod mutat humiditatis qualitez vel calore immoderato nimis dissoluendo vel nimis consumendo / sive calore remisso superfluitates eius non evacuando. et sic intelligendum est de aere nimis frigido poros claudente / humoribus plus debito constringente. Sed de aere frigido ad sensus hec dicta sufficiant.

De abo vero et potu patet. Nam per debiti nutrimenti cibi scilicet et potu subtractione humiditas subtrahit et calor inducta siccitate intensior efficitur non inueniens in quid agat ad substantiali hunc diratatem se conuertit in quam agendo ipsam nimis attenuat vel consumit. Et e contrario si cibus vel potus fuerint immoderatus / humiditas nimis intenditur / et calor naturalis debilitatur. quod non sufficit ad digerendum facit tamen calor quod potest. Nam aliquid resolvit ex illo superfluo cibo sumpto. Illud autem resolutum cuius sit fumositas grossa et indigesta / per cerebrum et partem eius meningas seu tuniculas graueras ledit et aliquando emigraneam vel aliam capitum passionem pessimam excitat et inducit. Aliquaudo etiam radices nervorum sensibilium fumositas maliciosa tangit / et suo acuminis sive fumositate ad intima ipsorum nervorum penetrans spiritum animalem ibi crisen tem impedit atque ledit. unde et substantiam et remis ysum perturbat / et linguam rationis ini-

